



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XII. De aliis Martini Bracarensis capitibus, & de Gratiani erratis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

criptio est: *Item ex Concilio Lædicensi cap. 56. Non oportet Presbyteros ante ingressum Episcopi ingredi & sedere in tribunalibus &c. In Notis: in peregrinationis commodo eum abesse constiterit] Sic prisca v. r. s. o. Sed Dionysius longè propius ad verba Græca: nisi forsitan infirmitate detineatur aut proficiscatur Episcopus. πλὴν εἰ μὴ ἀνωμαλίῃ, ἢ ἀποδημίῃ ὁ ἐπίσκοπος. Inscriptio cap. 124. Omni tempore. de consecr. dist. 4. hæc est: *Item ex Concilio Martini Bracharensis c. 51. & sequentibus. Et in margine: Vide Melden. cap. 46. Et vers. Presbyter: Suprà dist. 95. Presbyter. Et vers. Non liceat: Dist. 95. Non oportet. Item in margine: Cap. 52. & Cap. 53. Quæ referuntur ad Martini capita.**

DE ALIIS MARTINI BRACARENSIS
capitibus, & de Gratiani erratis.

Dialogus duodecimus.

C. SUNT ne alia quæ Gratianus ex Martini collectione referat quasi ex Concilio Martini Papæ? **A.** Sunt quidem non pauca, quæ tu facilè in Antonianis libris inuenies notata. Ego de illis sum locutus quæ bis posita sunt, tam ut ex Græco canone, quàm ut Martini Papæ verba. **C.** At in quibusdam nihil notatum est, ut in hoc capite octavo causæ xxvii. *a Item ex Concilio Martini Papæ. Viduas autem velare &c. A. Sumptum id caput non est ex Martini collectione, sed ex Concilio Triburiensi capite xxv. Idem error est in panormia Ivonis b. Ex Concilio Maguntino Burchardus c & Ivo in excerptionibus d. Ex Aurelianensi Bernardus*

a 27. q. 1. c. 8.
viduas.

b Ivo lib. 3.
tit. 17. c. 10.

panor.
c Burch. lib. 8.

c. 36.
d Ivo par. 7.

c. 55. dec.

ec. 6. de regu-
lar. in 1. col-
lect.

fc. 4. Vidua.
de regula.

g Ansel. lib.
7 c. 200.

h De consecr.
d. 4. c. 22.

Quicumque.
i Burc lib. 4.

c. 47.

k Ivo par. 1.
c. 241. decret.

l Ansel. lib. 9.
c. 54.

m Tarrac. l. 1.
c. 2.

n Dist. 28. c.
12. Si qua. &

27. q. 1. c. 26.
De filia.

o 27. q. 1. c.
27. Devoram

p Ansel. lib. 10
c. 59. & lib. 11

c. 91.

q Capit. li. 7.
c. 294.

r Dist. 34. c. 18
Lector. & c.

17. Si subdia-
conus. & dist

92 c. ult. &
distin. 54. c. 7.

Si quis obli-
gatus. & de

consecra. dist.
4. cap. 124.

Omni tem-
pore.

s Dist. 50. ca.
68. Placuit.

Papiensis e & veteres Gregoriani libri
Alij ex Arelatenfi. Anselmus g ex Gelasio. (1)
C. Quid illud de consecr. distin. quarta
cap. xxii. h Ex decreto Martini Papæ I
Quicumque Presbyter & c. unde sumptum esse
dicemus? A. Ex decretis Martini Papæ cap.
te III. habent Burchardus i & Ivo k & An-
selmus l & liber Tarraconensis m & alter ve-
tus Veronensis. Sed mihi incertum adhuc est
cujus verba sint. (2) B. Quod Martinus
Bracarenfis in præfatione collectionis ait,
canones orientis restaurasse simplicius
emendatiùs, quàm verum sit, ex eorum col-
latione satis constat. Sed & nusquam in Gra-
cis Conciliis inveni multorum canonum sen-
tentiam, ut sunt cap. xxix. xxx. & xxxi. quæ
magis videntur ex Concilio Toletano primo
accepta cap. xix. xix. & xvi. quàm ex Gra-
cis Conciliis. Gratianus quædam ex his utitur
Concilio Martini Papæ refert, n quædam
ex Concilio Toletano o, item Anselmus p
sine inscriptione Capitularia q. A. Ita est u-
dicis. Sumpsit enim Martinus Episcopus p
raque ex eodem illo Concilio Toletano, r
posteri Martini collectioni ea inseruerunt.
(3) Sic Martini caput lxiv. ex Toletano
cap. v. & Martini xxiii. ex capite secundo
Toletano. Martini xliii. & xlv. ex capite
tertio & quarto Toletano. Caput li. & lxi.
ex Toletano xx. Ea quoque apud Gratianum
invenies, partim ut ex Martino Papa, r partim
ut ex Toletano Concilio s referri. Sunt
alia quæ unde sumpta sint ignoro. Ex quibus

fi quic
tione
deatur
B. V
pla qu
ex sing
cisse,
terpre
aut ve
addidi
erit, n
ejus nu
& cap
est Cu
men ne
locus p
verba
firmo.
vident
pta ha
bus Ep
dania.
Demo
eadem
dem co
Gelasiu
& in ep
de num
mi coll
Ivone
Apud
tum est
copis y

si quid est apud Gratianum, in Romana editione discere licebit. (4) Nunc, si vobis videatur, de aliis erratis Gratiani videamus.

B. Visne tibi redigam in memoriam exempla quædam ex quibus apparet Gratianum ex singulari capite duo ejusdem initij conficisse, aut eandem sententiam ex duabus interpretationibus eodem in capite retulisse, aut verbis alterius scriptoris partem alterius addidisse? A. Non id quidem mihi ingratum erit, nec C. nostro displicebit, quantum ex ejus nutu intelligo. B. Aperi librum hunc C.

& caput illud ostende Gelasij t. cujus initium est *Cuncta per mundum*, quod tanquam carmen necessarium discere soletis. C. Ecce tibi locus patet. Quid dicis? An bis posita eadem verba capite XVII. & XIX.? B. Id ipsum affirmo. C. Ex inscriptione utriusque capitis videntur ex duabus Gelasij epistulis esse sumpta hæc capita, quarum altera fuerit omnibus Episcopis missa, altera Episcopis Dardaniæ. B. Hodie hæc sola exstat, ut etiam Demochares notat. Sed fingamus in utraque eadem verba exstitisse; quid opus erat bis eadem conscribi? Præstitisset ita inscribere:

Gelasius in epistula omnibus Episcopis missa & in epistula ad Episcopos Dardania. A. Vide num id ex Ivonis panormia vel ex Anselmi collectione aut alia acceperit. C. Apud Ivonem est u: *Ex decretis Gelasij capite* 1 v.

Apud Anselmum modò *Gelasius Papa* tantum est x, modò *Gelasius Papa omnibus Episcopis* y, modò *Dilectissimis fratribus univer-*

r 9 q. 3. c. 17,
c. 18. Cuncta

u Ivoli. 4. tit.
1. c. 8. panor.
x Anselm. lib. 1. c.
47. c. 48.
y Anselm. lib. 2. c.
16.

sis Episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius 2, modò *Gelasius Episcopis Dardania*
 In libro Tarraconensi *b* est: *Gelasius Episcopus omnibus Episcopis*. A. Manifestè apparuit varietatem hanc secutum fuisse Gratianum.
 B. Mihi videtur, post illa, *omnibus Episcopis*, desiderari hanc vocem, *Dardania*. Placet quod dicis. (5) Sed cetera persequere.
 B. Si quæretur caput cuius initium est *Quidam monachorum*, causa, ut opinor, xii. id inveniemus sumptum esse ex quarto octavo canone Concilij Chalcedonensis, postremam ejusdem capituli partem esse ejusdem octavi canonis verba ex alia interpretatione. C. Democharem invenio addidit numerum quarti canonis initio ejusdem canonis, & ad illa verba, *Item Clerici in parochiis*, numerum cap. viii. A. Vide num Gratianus alibi ex alio interprete eandem referent sententiam, & ante eum Anselmus & Ivo atque alij collectores. C. Plura verba ejusdem canonis quarti referunt Ivo in *Panormia* & in *excerptionibus d* & Anselmus e & Gratianus *f*, item Concilium *Triburienfe* & *Capitularia b*. Pauca verba capit. 111. refert Anselmus *i*; sed ex duobus interpretationibus sumpta inveni apud Ivonem parte vi. cccclix. & cccclix. quæ non rectè Gratianus conjunxit. A. Pro voce *parochiis* scribi debet *prochiis*, ex Græco fonte. οἱ κληρικοὶ τῶν χωριῶν. Sic postea est etiam apud Gratianum *Clerici qui pauperum dispositioni*. In libro veteri Romano est: *dispensationem pauperum*

z *Idem d. lib. 2. c. 24.*
 a *Idem lib. 12 c. 69.*
 b *Tarr. lib. 1. c. 283.*

c *18. q. 2. c. 10*
 Quidam.

d *Ivo li. 3. tit. 16. c. 1. pan. & par. 7. c. 1. decr.*
 e *Ansel lib. 5. c. 54.*
 f *16. q. 1. c. 12. Qui verè.*
 g *Tribur. c. 26.*
 h *Capitu. l. 5. c. 26.*
 i *Ansel lib. 5. c. 14. in addit.*

(6) B. Magni facinoris exemplum adferam si evolvas C. librum & ostendas caput cujus initium est *Menam k*, sumptum ex epistula quadam beati Gregorij l. C. Inveni caput quod flagitas. B. Confer, si libet, id caput cum registro beati Gregorij, & quære illa verba: *Purgationem tamen ante te &c.* Ea apud Gregorium nulla sunt; sed sumuntur ex Alexandri minoris epistula ad Rimaldum vel potiùs Rainaldum Cumanum Episcopum, cujus epistulæ pars posita est à Gratiano post alia tria capita. Initium capitis est: *Super causa Gillandi m.* Vide quid Burchardus & Ivo scribant. C. Apud Burchardum n Gregorij verba referri invenio, quæ sunt ante vocem *purgationem*, item apud Ivonem parte quinta excerptionum o. At parte decima p hæc sunt: *Alexander secundus Rainaldo Cumano Episcopo. Super causa Guillandi &c.* & post vocem *beneficia*, habet, *purgationem tamen antea &c.* In panormia q post verba Gregorij additur eadem inscriptio, excepta voce *Rainaldi*, pro qua est *Ramaldi*. Cetera omnia ut in excerptionibus. B. Eadem verba inventa sunt in veteri libro Ivonis epist. LXIIX. vel LXXVII. ad Gildebertum vel Hildebertum Cenomanensem Episcopum. A. Non dubium est quin erratum sit vel à Gratiano vel à librariis, quantum ex collatione cum registro Gregorij & cum Burchardo & Ivone constat. Et quod nostri interpretes dicere solent, ex verbis Gregorij probari coram Rege vel Regina vel alio sæculari iudice pos-

k 2. q. 5. vel
4. c. 7. Mc-
nam.
l Greg. lib. 11.
epist. 6. c. 8.
registr.

m c. 11. e. q.
Super causa.
n Burch. lib. 1.
c. 196.

o Ivo par. 5.
c. 311. decr.
p Ivo par. 10.
c. 15. decret.

q Ivo lib. 5.
tit. 1. c. 6. &
7. panor.

se purgationem canonicam indici, falsum est. (7) B. Quid de illis dices quæ in Conciliis falso inscripta à te inventa esse audiri quorum bona pars ad inscriptiones Gratiani falsas à veris discernendas pertinet? A. Longum tu quidem sermonem me vocas, et totus dicendus sit dies. Differamus ergo hanc in crastinum vel in perendinum diem, et primæ partis Conciliorum fragmenta cum Gratiano & aliis conferemus. C. Id ipsum avidè exspecto.

ADDITIONES.

(1) **I**N editione Romana capituli octavi *Vidua* c. 27. q. 1. inscriptio hæc est: *Item ex Concilio Martini Papa. In Notis additur: Abest caput hoc nonnullis Gratiani exemplaribus. Burchardus & alii citant ex Concilio Moguntino c. 6. Habetur in Concilio Triburiensi c. 25. In hoc autem capite & duobus sequentibus citantur decreta Gelasij ut sunt in codice canonum. In margine: Ans. l. 7. c. 200. Bur. l. 8. c. 30. Ivo p. 7. c. 55. Pann. l. 3. c. 197. Item in Notis Gelasij Papa capitulo XIII.] Sic est in codice canonum. In epistola verò ejusdem prima Episcopis per Lucaniam est c. 15. sicut paulo post quod est in capitulo 21. in eodem codice, in epistola est c. 23. Nos autem] In Concilio Triburiensi legitur: *Qua auctoritate paternæ fultis sententiæ in hoc sacro conventu, sancimus. Hæc verò eadem de vidua qua sibi sponte velamen consecratum imposuit, habentur in Decretalibus c. Vidua. tit. de regularibus. Quod in codicibus impressis citatur ex Concilio Arelatensi. In prima autem collectione & vetustis codicibus Gregoriana, ex Arelatensi. Capituli 4. Vidua. de regularibus inscriptio est: Et Concilio Arelatensi. Et in margine hæc sunt: Alii Aurelian. sed habetur in Concilio Triburiensi c. 25.**

DIALOGUS DUODECIMUS. 143

Refert Burchardus lib. 8. cap. 36. Ivo par. 7. c. 55. & c. 6. eo tit. in 1. compilat. Quibus lucis aliis Conciliis tribuitur; sed fortassis non rectè.

(2) Capitis 22. de consecrat. dist. 4. in eodem libro inscriptio est: *Item ex decreto Martini Papa III. Quicumque Presbyter &c.* Et in margine hæc sunt: *Al. Martiniani. Et: Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 54. Burc. l. 4. c. 47. Ivo p. 1. c. 241.*

(3) Distin. 28. cap. 12. *Si qua vidua Episcopi.* inscriptio in eodem libro est: *Item ex Concilio Martini Papa.* Et in margine: *Apud Martinum Bracar. c. 29. & Conc. Tol. 1. c. 18.* Inscripção capitis 26. *De filia Episcopi.* 27. q. 1. hæc est: *Item ex Concilio Martini Bracharensis c. 30.* Et in margine: *Ex Conc. Toletano 1. c. 19.* Capitis 27. *Devotam peccantem.* inscriptio est: *Item ex Concilio Toletano 1. c. 16.* Et in margine: *Et in capitulis Martini c. 31. Capitul. l. 7. c. 294.*

(4) Verba Gratiani sunt ante caput 17. *Si Subdiaconus.* dist. 34. in eadem editione: *Sed postea temporum defectui condescendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos constitui permisit, non regulam præfigendo, dicens.* Et in margine hæc sunt: *Apud Martinum Bracar. c. 44. Ex Concil. Toletano 1. c. 4.* Et ad verba, *non regulam præfigendo,* additur: *Hæc verba absunt ab aliquot exemplaribus.* Inscripção capitis 18. est hæc: *Vnde Martinus Papa ait. Lector sit viduam &c.* Et in margine: *Ibid. c. 43. Ex Concil. Tolet. 1. c. 3.* Capitis ultimi dist. 92. inscriptio est: *Vnde in Concilio Martini Papa legitur. Si quis Presbyter &c.* Et in margine: *In capitul. Martini Bracar. 6. 64. ex Tolet. 1. c. 5.* Inscripção capitis 7. *Si quis obligatus.* dist. 54. hæc est: *Item ex Concilio Martini Papa [id est, ex cap. Martini Episcopi Bracarensis c. 46.]* Et in margine: *Ex Concil. Tolet. 1. c. 10.* Inscripção capitis 124. de consecr. dist. 4. relata est ad editionem 19. dialogi 11. Ante caput 68. Romanis, (quod nobis est 67.) dist. 50. hæc Gratiani verba sunt: *Probantur etiam auctoritate Toletani Concilij primi, hujuscemodi pœnitentes ad clerum non admittendi: in quo capite 2. sic statutum est. Flacuit ut pœnitentes &c.* Et in margine: *In capit. Martini Brac.*

c. 23. Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 37. Ansel. l. 1. c. 31. Ivo p. 6. c. 138. Pann. l. 3. c. 61. Ad vocem *epistolam* additur: *Al. Apostolum, orig.* Ad vocem *Enchiridion* additur: *Expœnitentem*] in capitul. Martini Bruc. Ad vocem *cilicio* additur: *Al. Concilio.*

(5) Inscriptio capitis 17. causæ 9. q. 3. in eodem libro hæc est: *Idem (Gelafius) omnibus Episcopis Cuncta per mundum novit Ecclesia &c.* Et in margine hæc sunt: *In epist. ad Episcopos per Dardaniam constitutos.* Poly. l. 1. tit. 8. Ansel. l. 1. c. 47. & l. 2. c. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9. Et in Notis: *Omnia quæ in hoc capite leguntur habentur in epistola Gelasij ad Episcopos per Dardaniam, sed non eodem ordine composita. Caput autem sequens, in quo multa hujus epistolæ verba continentur, in eadem epistola eodem prorsus modo habetur. Itaque fieri potest ut ex alia epistola caput hoc sumptum sit quæ non existet, aut Gratianus hæc duo tanquam diversa capitula referat, quod apud antiquiores etiam collectores distincta reperitur. In epistola etiam Nicolai ad Episcopos Gallie, quæ nuper est impressa in appendice bibliotheca, hoc citatur a Gelasio. Capitis 18. inscriptio est: *Idem Episcopis per Dardaniam constitutis.**

(6) Capitis 10. *Quidam monachorum.* 18. q. 2. in eodem libro inscriptio est: *Vnde in Chalcedonensi Concilio c. 4. legitur.* Et in margine est: *Ivo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 174.* Et in Notis: *Quoniam verba hujus capitis usque ad versi. Clerici primo est alia versio quæ circumferuntur in Conciliorum codicibus, hæc apud Ivonem & in Pannormia idem ferè sit sensus, placuit afferrî verba Græca & novam interpretationem. Οἱ ἀληθῶς &c. Qui verè & sincerè &c. Et verè Clerici in ptochiis &c. additur in contextu: Item c. 1. Et in margine: *Ivo par. 6. c. 358. Poly. l. 4. tit. 34.* Et in Notis: *Ptochiis*] Sic in nonnullis vetustis codicibus Gratiani & Vaticano Conciliorum & in versione prisca, ex qua videtur esse hic versiculus, & est verus canonis Græci. In vulgatis autem Gratiani & aliquot libris Conciliorum est *parochiis.* Pro personarum ordinatione] Sic in eadem prisca. Sed in canone Græco & in versione Dionysij Exigui nihil est quod his verbis referatur.*

pondeat. Et vers. *Item Clerici qui pauperum.* additur in margine: *Eodem c. 8. (ex alia versione. Ivo ibid. c. 359. Et in Notis: Item Clerici]* Est idem quod in proximo superiore paragrapho, sed ex alia versione, qua non extat in Conciliorum voluminibus, atque hanc eandem repetitionem licet animadvertere apud Ivonem par. 6. c. 358. & 359. Inscriptio cap. 12. *Qui verè. 16. q. 1. est: Item ex Concilio Chalcedon. c. 4. Et in margine: Concor. capit. l. 5. c. 25. Poly. l. 3. tit. 1. & l. 4. tit. 34. Ans. lib. 5. c. 54. Ivo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 174. Et in Notis: Honore]* Sequitur continenter cap. *Quidam monachorum. infra 18. q. 2. quod est ex eadem prisca versione atque caput hoc.*

(7) In eodem libro inscriptio capituli septimi *Mennam. 2. q. 5. hæc est: Item ex eodem (regeſto) ad Brunichildam Reginam Francorum lib. 11. epist. 8. Et in margine: Poly. ibid. (hoc est, l. 6. tit. 11.) Burc. l. 1. c. 196. Ivo p. 5. c. 311. Pann. l. 5. c. 6. Et in vers. Purgationem est in margine: Alex. II. Rainaldo Episcopo. Ivo p. 10. c. 15. Pann. l. 5. c. 8. Et in Notis: Purgationem]* Hic erat gravissimus error. Coniunctè enim hæc legebantur cum superioribus qua Brunichilda sunt scripta, quasi purgatio Presbyteri à beato Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola beati Gregorij, ex qua prior pars huius capituli est accepta. Verùm Ivo par. 10. cap. 15. & Pann. lib. 5. cap. 8. citant hoc ex epistola Alexandri secundi Raynaldo Cumano Episcopo, cujus epistola initium est in eadem cap. Super causa. Et hic versiculus Purgationem continenter legendus est post extrema verba illius capituli. Ac propter citationes doctorum hinc quidem motus non est; sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris glossæ. Nusquam enim Romani Pontifices huiusmodi causas mulieribus leguntur commississe. Capituli undecimi inscriptio est: *Item Alexander Raynaldo Cumano Episcopo. Super causa Guillandi Presbyteri &c. Et in margine: Pann. li. 5. cap. 7. Ivo par. 10. cap. 15. & in epist. ad Vildebertum Cænomansensem. Et in Notis: Beneficia]* In epistola hoc loco sequitur vers. *purgationem sup. ead. c. Mennam. ut ibi notatum est.*